Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

atq; impery sede translata. confusio ac perturbatio humani generis conseq
tur: Tum vero detestabile atq; abhominandum tempus existet quo nulli
hominum fruita iocunda fruentur fructus civitates atq; interi
bunt non modo ferro atq; igni. verum etiam tremotibus assiduis & ele
uie aquarum & morbis frequentibus & fame crebra. Aet h. incubitur
& corruptus ac pestilens fiet. modo importunis imbribus modo inuti
li siccitate. nunc frigoribus nunc estibus nimis. nec terra hominum fructu
non segetes quidem non arbores non uitis feret sed cum in flore spem maximam
dederint. in fruge decipient. fontes quoq; cum fluuibus arescent. aqua
tus quidem supperat. & aque in sanguinem aut amaritudines mutabi
buntur propter hec deficient in via quadrupedes. & in aere volucres &
confundent & crines cometarum & solis tenebre & lune & ca
dentium siderum lapsus. nec tamen hec subitaneo modo fient: Sed existet
subito ignota & inusitata oculis astra Sol in ppetuum fuscabitur. ut iux mi
noctem diemq; discernat. luna iam non tribus deficiet horis. sed ppetuo
sanguine obtecta: meatus ordinarios paget: ut non sit hominibus promp
tum aut siderum cursus. aut rationem temporis agnoscere: fiet h. velesta
in hieme vel hyemps in estate. Tunc annus breuiabitur & mensis minue
tur & dies in angustum coartabitur. Stelle vero creberrime cadent. ut
celum omne cecum sine ullis luminibus appareat montes quoq; altissimi
decident: & planis eqbuntur: Mare innauigabile constituetur. ac nec
quid malis hominum terreq; delet audietur e celo tuba: quod hoc mō Si
billa denunciat: ΘΑΛΑΣΣΑ ὀφραῤῥοος φωνὴν πολυθρηνον ἀϊήσει.
statq; trepidabunt omnes & ad luctuosum illum sonitum contremiscet
Tum vero per iram dei aduersus homines. qui iusticiam non agnoscent
seniet ferrum: ignis. fames. morbus. & super omnia metus semper impen
dens: Tunc orabunt deum & non exaudiet: optabitur mors & non ui
et. ne nox quidem requiem timori dabit ne ad oculos somnus accedet.
sed animas hominum sollicitudo ac vigilia macerabit. plorabunt & ge
ment & dentibus stridebunt Gratulabuntur mortuis & uiuos plangunt.
his & aliis pluribus malis solitudo fiet in terra. & erit deformatus orbis
atq; desertus. quod in carminibus Sibillinis ita dicitur: ἐσται κοσμος
ἀκοσμος ἀπολωλεν ἐρημος ἀφοβοπτωρ. sta h. constituetur humanum genus
ut iux decima pars hominum relinquatur & unde mille processerint
iux procedent centum De cultoribus dei duo pauci interibunt: & ter
ra: que fuerit prolata remanebit: —
Sequitur: Sed planius: —

Erit mundus immundus
perentibus hominibus